



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

55 S[t]atuta, & consuetudines contra ecclesiasticam libertatem
introducitas servare facientes excommunicationis sententiam incurrunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

eclesiastica, sive seculari, ut per Navar. 55. *dicto num. 68. vers. declaratio prima, & Sayr. d. cap. 17. in fin.*

52 Decimoquarto ¶ omnes, qui per se, vel per alios auctoritate propria, ac de facto quarumcunque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & litterarum Apostolicarum prætextu beneficiales, & decimarum, ac alias causas spirituales, & spiritualibus annexas ab auditoribus, & commissarijs Apostolicis, alijsque iudicibus ecclesiasticis avocant, illarumque cursum impediunt; ac se ad illarum cognitionem, tanquam iudices interponunt.

53 ¶ Quive partes actrices, quæ illas committi fecerunt, ac faciunt ad revocandum, ac revocari faciendum citationes, vel inhibitiones, aut alias litteras in eis decretas, & ad faciendum, vel consentiendum eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt, à censuris, & pœnis in illis contentis absolvi per statutum, vel alias compelluntur, &c. Et quia Navar. hanc clausulam difficilem, & obscuram intactam absque aliqua expositione reliquit, ut inquit Vivald. in *Candel. Aur. super explanatione, ejusdem Bull. Cœn. Domini cas. 14. nu. 99.* Animadvertendum est, quod pluribus modis iudices ecclesiastici à laicis ad revocandas inhibitiones sententiasque, censuras, & pœnas compelli dicuntur.

54 Primò ¶ per statuta, edicta, vel decreta laicalia, ut in *Bull. Cœn. Domini nu. 14.* ibi per statuta vel alias compellunt. Et statuta hujusmodi sunt nulla de jure etiam Casateo *auth. cassa,* & ibi Bart. *C. de sacrosanct. Eccles. & de jure canonico* ut per Abb. in *cap. adversus num. 2. 7. & 11. de immunitat. Eccles.*

Facientes autem ¶ servare statuta, & consuetudines introductas contra Ecclesiæ libertatem, nisi ea infra duos menses fecerint amoveri, sententiam excommunicationis incurrunt, ut *ca. noverint, de sentent. excom.* & non sufficit eorum cassatio, sed debent aboleri, & cancellari de volumine, ut per Bart. in *d. auth. cassa, in fin.* Felin. post alios in *cap. Ecclesia 3. Maria num. 109.* quem refert, & sequitur Card. Tolet. in *lib. 1. instr. sacerdot. cap. 37. vers. adverte autem,* & Bull. Cœn. Domini per se patet *sub num. 20. vers. declarantes,* ¶ ibi, ac quoad eos, qui contra eccles. libertatem, ut præmittitur, statuta fecerint, nisi prius statuta, ordinationes, constitutiones, prærogativas, & decreta hujusmodi publice revocaverint, & ex archivjs seu capitularibus locis, aut libris, in quibus annotata reperiuntur, deleri & cassari; ac nos de revocatione hujusmodi etiam certiores fecerint: absolutiones eos non comprehendere, nec eis aliter suffragari, quin etiam per hujusmodi absolutionem, aut quoscunque alios actus contrarios tacitos, vel expressos, ac etiam per patientiam, & tolerantiam nostram, vel successorum nostrorum quantocunque tempore continuata, in præmissis omnibus, & singulis quibuscunque juribus Sedis Apostolicæ, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ undecumque, & quandocumque quaesitis, & quaerendis, nullatenus præjudicare posse, ac debere.

57 ¶ Et illa verba, in præmissis omnibus, & singulis in fine Bullæ posita, sunt relativa, quæ comprehendunt omnia in Bulla narrata, quibus quovis modo præjudicari non potest, *l. esse toto,* & ibi

R r r 3. Bart.